

5347 tabula marmorea marginata, 0,745 × 1,03 × 0,055.

L·VOLVSI·O·L·F·
 MAECIANO·
 PRAEF·ACTO·A·GYPTI·
 PRAEF·ANNONAE·PONTIF·M·
 5 A·LIBELLIS·ET·CENSIBVS·IMP·
 ANTONINI·AVG·PII·A·STVDIS·ET
 PROC·BIBLIOTHECARVM·PRAEF
 VEHICVLORVM·A·LIBELLIS·
 ANTONINI·AVG·PII·SVB·DIVO
 10 HADRIANO
 ADIVTORI·O·P·PRAEF·COH·I·AELAE
 CLASSICAE·PRAEF·FABRVM
 PATRONO·COLONIAE·
 DECVRIONVM
 15 DECRETO·PVBLICE·

Descripti ad imaginem photographica; de punctis mihi non ubique constat. Kristoferson l. c. cum commentario.

(5347) *L. Volusio L. f. Maeciano, praefecto Aegypti, praef(ecto) annonae, pontif(ici) m(inori), a libellis et censibus imp(eratoris) Antonini Aug. Pii, a studis et proc(uratori) bibliothecarum, praef(ecto) vehiculorum, a libellis Antonini Aug. Pii sub divo Hadriano, adiutori o(perum) p(ublicorum), praef(ecto) coh(ortis) I Aeliae classicae, praef(ecto) fabrum cet.*

L. Volusius Maecianus notus iuris consultus praefectus Aegypti fuit certe a. 164 (P. Gen. I 235; testimonia de eo congregavit Cantarelli l. l. [supra n. 4458 not.] p. 54 sq.; cf. etiam Kenyon Greek Pap. in the Brit. Mus. II p. 77. P. M. Meyer Das Heerwesen d. Ptol. u. Röm. in Aeg. p. 146. Lesquier l. l. [supra n. 4456 not.] p. 513; confirmatur iterum, id quod confirmatione iam non egebat, recte Arthurum Stein hunc Maecianum separasse ab eo, qui a. 175 rebellioni Avidii Cassii interfuit, cf. Pros. imp. Rom. III p. 482 n. 657). Anno 152 recensetur inter patronos lenunculariorum Ostiensium supra n. 250. Cursus honorum eius nunc demum innotescit.

8 sqq. Maecianus a libellis Pii fuit vivo etiam tum Hadriano, i. e., ut editor adnotat, inter d. 25. Febr. a. 138, quo die Pius ab Hadriano adoptatus et collega eius factus est, et d. 10. Iul. eiusdem anni, quo die Hadrianus obiit; cf. Pros. imp. Rom. I p. 17. — 11 in. intellege adiutori curatoris operum publicorum, quod munus hic primum commemorari videtur.

5348 tabulae marmoreae cr. ca. 0,07 fragmenta duo: a a. ca. 0,18, l. ca. 0,14; vidi in curia quae dicitur. b (fragmentum ipsum bipartitum) a. 0,225, l. 0,255; vidi sub templo magno in repositis.

*l. uolusio l. f.
 maeciano
 iuris cons VLTO 3,5 a
 praefecto aeg
 5 praef. annonae, pontif. m., a libellis
 et censibus imp. antonini AVG·PII· 3,9
 a studis et proc. bibliothec. PRAEF·VEHICL 3,7 b
 a libellis antonini aug. pii sub divo HADRIANO 3,4
 adiutori o. p., praef. COH·I·AELIAE
 10 classicae, praef. fabrum
 patrono coloniae*

Descripti utrumque, composui coniectura apographis meis usus, supplevi ad exemplum tituli qui praecedit (v. 3 suppleverat Dessau titulo n. 5347 nondum reperto). b Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 423 n. 148.

Quatenus vocabula singula abbreviata fuerint, in dubio manet.

5349/50 fragmentum, 0,28 × 0,34 × 0,075;
 litt. a. 0,08-0,03.

VSTOI
 ?leGION
 praETORI
 E·XVIRO^{stl. iud.}
 proVINCIA

Misit Kristoferson.

1 fortasse cognomen eius, cui titulus dedicatus est, ut *Fa]usto, I]usto*. — 2 fortasse *leg. le]gion[is --*.

5351, 5352 tabula marmorea mutila, ex compluribus fragmentis composita, duas inscriptiones marginibus inclusas exhibens (1,62 × 1,20 × 0,023-0,03; litterae bonae, a. 0,065-0,03).

5351
 A
 QVIN
 NIS·THEBESINA^{proc. regio-}
 5 ANNONAE·OSTIENSIS
 PRAEF·ALAE·EQVIT·CONS·
 TRIBVNO COHOR·I·CAMPANOR
 PRAEF·COHORTIS·IIII·
 ·GALLORVM·
 10 COLLEG·FABR·
 TIGNVAR

5352
 O·C·FIL
 TVMO
^{procur. pANNONIAE·INFER}
^{proc. ANNONAE PROC}
^{pro MAGISTERI·XX·HEREDIT} 5
 PROC·BIBLIOTHECARVM·DIVI
 TRAIANI
 COLLEG·FABR
 TIGNVAR

Descripti ad imaginem photographica. Kristoferson l. l.

5351 v. 1 perit totus. — 2 A superest fortasse ex cognomine eius, cui titulus dedicatus est. — 2 fin. 3 in. e. g. *Tar]quin[iensi]*; post N video vestigium quoddam, quod ex hasta perpendiculari superesse potest. —

3 fin. 4 supplevit Kr. — 6 *ala equit(um) cons(tantium)* sine dubio eadem atque *ala constantium* Dessau *Inscr. Lat. sel.* 9488.

5352, 2 fortasse *Pos]tumo*. — 5 in. editor supplevit dubitans, recte puto.

5353 fragmentum, 0,165 × 0,245 × 0,029.

SIA
 prAEF·A 3,2

Misit Kristoferson.